

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4455

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

209

HIEROGRAPHICI.

210

*lectorum Psalmorum Honorii e Codice dictae Carthusiae ediderit, credibile fit, Exemplar nostrum Codicis istius Απογεαφον esse. Plures alias Codices excitat Pezios Dissert. Isag. ad h. T. p. 90. Idem praeter Psalmos selectos I. (non X. ut habet Fabric. Bibl. med. Lat. edit. Mans. L. VIII. p. 279.) L. LI. C. CI. CL. etiam Prologum Operis protulit, in quo Gallicum, non Romanum Psalterium se explanare ait Honorius, qui, ut nobis, incipit: *Cristiano patri verbo et exemplo relucenti ut speculum &c. Cunonem pro Cristiano habet, teste Pezio, Codex Mellic.* Sec. XIII. Nos de Parte Operis egimus etiam Vol. I. P. I. col. 209.*

CXXXVII.

U. 47 Codex chartaceus lat. Sec. XIV. Folior. 366. f. per duas columnas diligenter scriptus et rubricis distinctus in folio praevio hanc Notam habet: *Hunc librum pro collegio ducali dedit honorabilis vir dominus Jeronimus de Judenburga bac sub conditione ut prius soluere tur una libra denariorum que etiam soluta est Anno domini 1458. Nihil de hoc Viro in Scriptoribus nostris Academicis. Codex porro ipse continet Postillas in Psalterium Nicolai a loco natali, vel stirpe sua de Gorran, non Angli, vel Flandri, ut quibusdam visum, sed Galli, ut docent de Sodali suo Scriptores Ord. Praed. T. I. p. 437. qui circa an. 1295. obivisse ibidem refertur. Praefatio ita or.*

Denis Codd. Theol. V. II. P. I.

ditur: Laudationem domini loquetur os meum &c. Psalmus I. Beatus vir qui non habijt. Secundum glossam probemiale totus liber iste psalmorum in tres partes diuiditur &c. Finis vasti Operis: nec dormire poterit nec laffari ad quam patriam nos perducat ille qui vivit et regnat &c. Typis nunquam subiectum est; Exempla tamen mss. cum in Scriptt. cit. tum in Tanneri Biblioth. Brit. Hib. liberaliter indicantur. Nostro adjacet ejusmodi Επιφανης: Suffragante diuino auxilio eiusque immensa benignitate. nec non gloriose virginis marie cum omnibus sanctis et ele- sis dei. completa sunt hec dicta venerabilis doctoris gorre super psalmos ter quinquagenos David regis sub anno incarnationis domini nostri ihesu christi 1390. currente II. die mensis Octobris sive proxima feria quinta ante festum galli confessoris hora diei 22. et hoc prage. Quibus addidit manus Sec. XV. Anno 1469. fridericus 3^o Romanorum Imperator sicut rome cum alias semper esset in Stiria in forma tamen peregrini. Eo tempore quidam de suis sibi rebelles facti pemkchiricher (Andr. Paumkircher) et quidam (Johan.) de Stu- benberg cum aliis complicibus (Joh. de Pößing, Nic. de Liechtenstein, Andr. de Greiffenegg) Mar- purk, ubi iudeos miserabiliter presi- si sunt, Judenburkch et certas al- las ciuitates de mane nullo sciente in festo purificationis beate virginis marie obtinuerunt falso et domino absente. Tunc temporis Rex ma- thias vngarorum contra hereticum

O

Geor-

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4455

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

211

C O D I C E S

212

Georgium (de Podiebrad) prius regem boemorum pugnabat. Rem ad annum 1468. 69. tangit *Aquil.* *Jul. Caesar* in *Annalib.* *Ducat.* *Styr.* T. III. Vien. 1777. f. *Stu-*
benbergius, et *Lichtensteinius* *Fri-*
derico reduci supplices facti ve-
niām obtinuere; *Paumkircherus*
quam vasto corpore, tam viribus
validissimis, ut audit *Aen. Silvio*
in Hist. Friderici Imp. cum *Greif-*
seneggio capite *Graecii* plexus a.
1471. Anteriori *Codicis Thecae*
adglutinata est Membrana, duabus
columnis exhibens eleganti manu
Sec. XIV. Fragmentum hebr. abs-
que punctis a *Genes.* C. XVI. v.
14. ad XVII. 15.

CXXXVIII.

R. 3313 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 211. f. maj. per duas columnas admodum nitide scrip-
tus, miniatus et literis initiorum
picturatis ornatus, est, ut e clausu-
la jam hoc transferam, *Colle-*
darius super librum psalmorum colle-
ctus et finitus per fratrem petrum
de berenthalis Canonicum et prio-
rem Floreffiensem premonstraten-
sis ordinis Amo incarnationis Do-
mini Millesimo trecentesimo se-
ptuagesimo quarto In mense Janua-
rij die quarta. De Viro hoc quon-
dam sui Ordinis videri potest Oud-
inus T. III. col. 1218. ubi et ce-
tera ejus Scripta, et Colle-
darii no-
nstri Editiones refert, quarum ta-
men plures adnumerat Maitairius.

Dicavit illum *Petrus Patri Re-*
uerendo dominoque meo carissimo
domino Johanni de Arkel dudum

Traiecten. ecclesie nunc uero Leo-
dien. Episcopo, et orsus est: Cum
rem quamlibet honestatis splendore
perspicuam &c. Expositio vero ita
incipit: Beatus uir &c. Psalteriu-
m est quedam magna domus &c.
Tam Praefatio, quam ipsa Expo-
sitio Cento merus est, five Catena
cujus articulos subpeditavere Cas-
fiodorus, Augustinus, Nic. de
Lira, Glosa, Hieronymus, Hugo
Vidorin. Remigius, Gregorius M.
&c. minio distineti, et ipse Colle-
gor. Finem Operi faciunt Pero-
ratio: Explicitus est mirabilis et
decorus ordo psalmorum &c. tum
Oratio ad Deum, quam Librarius
ridicule Oratius inscripsit, demum
Recommendatio libri psalmorum.
Ad calcem praeter jam supra ad-
lata: Finitus autem presens Liber
sub anno domini Millesimo CCCC-
XXX. Per manus Symonis strigl
vicarii chori sancti Mauricij au-
gusti, et fol. ult. Anno domini Mil-
lesimo Quadrageentesimo Quinqua-
gesimo Tertio Venerabilis in chri-
sto pater et dominus Dominus Sy-
mon Abbas Monasterij lunelacensis
comparauit hunc librum pro florenis
vngaricis XII. sane aureis. Praefuit
Simon ab a. 1420. ad a. 1463.

CXXXIX.

U. 577
Codex potissimum chartaceus
mixtis membranis lat. Sec. XIV.
Folior. 224. f. per duas colum-
nas exaratus hanc pro Theca an-
teriori Inscriptionem συγχεον
exhibit: Primum Volumen lecture
M. Haynrici de Oyta super psal-
terium et continet tabulam omnium
psal-